numeroſam familiã:multiplicẽ prolẽ? Uñ
beati? Beati qui habitãt in domo tua:in ſe
cula ſeculorũ laudabũt te. Hoc vno beati
ocioſo negocio. Hoc ergo vnum deſidere
mus fratres:cũ venerimus ad hoc:nos pa
remus gaudere ad dominũ:laudare deuꝫ.
Opera bona que mō nos perducũt nō ibi
erũt. Diximus ⁊ heſterno die quãtum po-
tuimus:nō ibi erũt opera miſericordie vbi
nulla erit miſeria. Egentē nō inuenies:nu-
dũ non inuenies:nemo tibi occurret ſitiēs:
nullus ꝑegrinus erit: nullus egrotus queꝫ
viſites:nullus mortuꝰ quē ſepelias:nullus
litigatoꝝ inter quos pacē cōponas. Quid
facturꝰ es? An forte ꝓpter neceſſitates nr̃i
corporis nouellabimꝰ ⁊ arabimus: ⁊ negocia
bimur: ⁊ ꝑegrinabimur? Magna ibi requi
es. Nã ibi omnia opa que neceſſitas flagi-
tat ſubtrahent̃ : mortua neceſſitate ꝑibunt
opa neceſſitatis. Quid ergo erit? Quomō
potuit dixit lingua hũana. Tanq̃ȝ iocũda-
torũ omniũ habitatio in te. Quid ē tanq̃ȝ?
Quare tanq̃ȝ? Quia talis ibi erit iocundi-
tas:qualē hic nō nouimꝰ. Uideo hic mul-
tas iocũditates: et multi gaudēt in ſeculo:
alij hinc:alij inde: ⁊ nō ē qđ illi gaudio cō-
parent:ſed tanq̃ȝ iocũditas erit. Nã ſi dicã
iocũditas incipit:homini occurret talis io-
cũditas:qualem ſolet habere in poculis in
prandijs:in auaricia:in honoribus ſeculi.
Extollunt̃ em̃ homīeſ: ⁊ leticia quadã inſa
niunt:ſed nō eſt gaudere impijſ:dicit dñs.
Eſt em̃ iocũditas quedã:quã nec oculꝰ vi-
dit: nec auris audiuit : nec in cor hominis
aſcēdit. Tanq̃ȝ iocũdatorũ omniũ habita-
tio in te. Ad aliud gaudiũ nos paremꝰ: q̇a
⁊ hic tanq̃ȝ ſimile inuenimꝰ: ⁊ nō eſt hoc:ne
quaſi paremꝰ nos talibꝰ ibi ꝑfrui:qualibꝰ h̃
gaudemꝰ: alioq̇n cōtinentia noſtra auari-
cia erit. Sũt em̃ homīes qui inuitant̃ ad ce
nã optimã: vbi multa ⁊ p̃cioſa ponēda ſũt:
nō prãdent. Jam ſi q̇ras ab eis quare non
prãdeant:ieiunamꝰ. Magnũ opuſ:chriſti
anũ:opus ieiuniũ : noli cito laudare:que-
re cauſam: negociũ ventris agit̃ nō religio
nis. Quare ieiunãt? Ne ventrē p̃occupent
vilia: ⁊ nō poſſint admittere p̃cioſa. Ergo
negociũ gutturis gerit in ieiuniũ. Magna
res: vtiq̃ȝ ieiuniũ contra ventrem ⁊ guttur
pugnat:aliq̇ñ illis militat. Jtaq̃ȝ frēs mei:
ſi putatis aliquid tale habituros nos ī illa
patria ad quã nos exhortat̃ tuba celeſtis ⁊
ꝓpterea vos a p̃ſentibꝰ abſtinetis: vt illic ta
lia copioſius recipiat̃: ſic eſtis quō illi qui
ieiunãt ꝓpter epulas maiores: ⁊ continent
ſe maiori ī cōtinētia. Nolite ergo ſic:ad ali
quid vos ineffabile p̃parate:mundate cor
ab omnibꝰ affectionibꝰ veſtris terrenis ⁊ ſe-
cularibꝰ. Uiſuri ſumꝰ quiddã:quo viſo be-
ati erimꝰ: ⁊ hoc ſolũ nobis ſufficiet. Et q̇d?
Non mãducabimꝰ? Jmmo mãducabimꝰ:
⁊ ip̄e erit cibus noſter:qui ⁊ reficiat: ⁊ nō de
ficiat. Tanq̃ȝ iocũdatoꝝ omniũ habitatio
ī te. Jã dictũ eſt: vñ iocũdabimur. Beati
q̇ habitãt ī domo tua:ī ſecula ſeculoꝝ lau-
dabunt te. Laudemꝰ et mō dominũ quãtũ
poſſumꝰ mixtis gemitibꝰ: q̄r laudando euꝫ
deſideramꝰ eũ:et nōdũ tenemꝰ. Cũ tenue-
rimus ſubtrahet̃ omnis gemitus: ⁊ remane
bit ſola et pura: ⁊ eterna laudatio.

Explicit Tractatus de pš. LXXXVI.

¶ Jncipit Tractatus de pš. LXXXVII.

PSalmi huius octogeſimi ⁊ ſeptimi
titulus habet aliquid q̇ nouum ne
gocium diſputatori afferat. Nuſq̃ȝ
enim aliorum pſalmorũ poſitum eſt qđ hic
legitur: Pro melech ad reſponden-
dum. Nam de pſalmo cantici:et cantico
pſalmi:alias iam quid nobis videret̃ dixi-
mus: Et filijs chore vſitatum ī titulis pſal-
morũ ſepiſſimeq̃ȝ tractatuꝫ eſt: ⁊ quid ſit in
finem:ſed qđ ſequit̃: Pro melech ad reſpō
denduꝫ:hoc inuſitatum habet iſte titulus.
Pro melech aũt latine pro choro dici pōt.
Melech em̃ verbo hebreo chorus ſignifi-
cat̃. Quid eſt ḡ pro choro ad reſpōdendũ:
niſi forte vt canenti chorus cōſonando re-
ſpondeat? Sicut non iſtũ ſolum: ſed alios
quoq̃ȝ pſalmos credendum eſt eſſe canta-
tos: q̃uis alios titulos acceperit:quod fa-
ctũ exiſtimo cauſa varietatis qua faſtiduꝫ
leuaret̃. Non enim ſolus iſte pſalmus di-
gnuſ eſt habitus: vbi reſponderet chorus:
cum vtiq̃ȝ non ſit ſolus de domini paſſione
cōſcriptus. Aut ſi eſt alia cauſa: cur tanta
ſit varietas titulorũ qua poſſit oſtendi ita
pſalmos omnes eſſe p̄notatos:qui ſunt ali
ter atq̃ȝ aliter p̄notati: vt nullꝰ titulus va-
leat alicui alteri cōuenire: ego eã fateor cũ
multũ conatus eſſem penetrare non potui.
Et ſi quid de hac re legi ab eis dictũ q̇ ante
nos iſta tractauerũt:nō ſatiſfecit expectati
oni ſiue tarditati mee. Jn quo igitur myſte
rio dictum mihi videt̃: ꝓ choro ad reſpon-
dendũ:id eſt vt canenti per chorũ reſpon-
deatur:exponam. Domini hic paſſio ꝓphe
tatur. Dicit autē apl̄us Petrus. Chriſtus

ꝓ nobis paſſus eſt relinquẽs nobis exem-
plũ vt ſequamur veſtigia eiꝰ: hoc eſt reſpõ-
dere. Dicit etiã aplẽs Johãnes: Sic chri-
ſtus ꝓ nobis animã ſuam poſuit: ita ⁊ nos
debemus animã ꝓ fratribꝰ ponere: hoc eſt
reſpõdere. Chorus aũt cõcordiã ſignificat
q̃ in caritate cõſiſtit. Quiſquis ergo quaſi
emulator dominice paſſiõis tradiderit cor-
pus ſuũ vt ardeat: ſi caritatẽ nõ habeat: nõ
rñdet in choro: ⁊ ideo nihil ei ꝓdeſt. Pro-
inde queadmodũ dicunt in arte muſica: ſi-
cut ea edocti homĩes latine dicere potuerũt
ꝑcentor ⁊ ſuccentor: ꝑcentor ſcꝫ q̃ vocẽ pre
mittit in cantu: ſuccẽtor autẽ qui ſubſequẽ-
ter canendo reſpondet: ita in hoc cantico
paſſionis ꝑcedentẽ chriſtũ ſubſequit chorꝰ
martyrũ in finem celeſtiũ coronarũ. Hoc
enim canit filijs chore: id eſt imitatoribus
paſſionis chriſti: qm̃ in caluarie loco cru-
cifixus eſt chriſtus: que illius hebrei nomi-
nis interpretatio phibetur: id eſt chore. Et
hic ẽ intellectꝰ Eman iſraelite. Qđ
in tituli huiꝰ vltimo poſitũ ẽ. Eman quippe
interꝑtari dicit frater eius. Hos eñ fratres
ſuos chriſtꝰ facere dignatus eſt qui ſacra-
mentũ crucis eius intelligũt: ⁊ non ſolũ de
illa non erubeſcunt: verũetiaꝫ in illa fideli-
ter gloriant: non ſe de ſuis meritis extollẽ-
tes: ſed eius gratie nõ ingrati: vt vnicuiq̀
eorum dici poſſit: Ecce vere iſraelita ĩ quo
dolus non eſt: ſicut ipm̃ iſrael ſcriptura ſine
dolo fuiſſe cõmendat. Jam itaq̀ chriſti vo
cẽ in ꝓphetia ꝑcinentis audiamꝰ: cui ſuus
chorus vel imitatione vel gratiarũactione
reſpondeat.

Expoſitio pſalmi.

Domine deus ſalutis mee: in die clamaui et nocte corã te. Intret in cõſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precẽ meam.

Orauit enim dominꝰ non
ſm̃ formã dei: ſed ſm̃ formam ſerui. Scđm
hanc eñ ⁊ paſſus eſt. Orauit auteꝫ et cum
in letis rebus ageret qđ diei nomine: ⁊ cuꝫ
in aduerſis qđ noctis nomĩe ſignificari ar-
bitror. Ingreſſus oratõnis in cõſpectu dei
acceptatio eius eſt: inclinatio auris dei mi-
ſericors exauditio eſt. Nam membra talia
qualia nos habemus in corpore non habet
deus. Eſt autẽ ſolita repetitio. Naꝫ qđ eſt:
Alia lr̃a. intret in cõſpectu tuo oratio mea: idipſum
†Quia. eſt: inclina aurẽ tuã ad precẽ meã. †Qm̃
Alia lr̃a. repleta eſt malis anima mea: ⁊ vi-
†nõ habꝫ. ta mea †in inferno appropiquauit.

Audemus ne dicere animã chriſti repletã
malis cũ illa paſſiõis afflictio in carne va-
luerit quicq̃d valuit? Vñ ⁊ ipſe ſuos ad to-
lerantiã paſſiõis accẽdẽs: ⁊ tãq̀ ad reſpõ-
dẽdũ exhortãs chorũ ſuũ: nolite inq̃t time
re eos q̃ corpus occidũt: aĩam aũt nõ poſ-
ſũt occidere. An occidi aĩa a ꝑſecutoribuſ
nõ põt: malis aũt repleri põt? Quod ſi ita
ẽ: querẽdũ qbꝰ: Nõ enĩ vitijs ꝑ que homi
dñatur ĩiquitas aĩam illã repletã poſſumꝰ
dicere: ſed forte doloribꝰ q̃bus aĩa ſue car-
ni in eius paſſiõe cõpatit. Nõ enĩ vel ipſe q̃
dicit corporis dolor põt eſſe ſine aĩa quẽ ĩ-
euitabiliter imĩnẽtẽ ꝑcedit meſticia q̃ ſolꝰ
aĩe dolor eſt. Dolere ergo aĩa etiã nõ dolẽ
te corpe põt: dolere aũt corpus ſine aĩa nõ
põt. Cur itaq̀ ſi dicamꝰ: nõ hũanis pecca
tis: ſed tñ hũanis malis repletã fuiſſe aĩaꝫ
chriſti? De quo alius ꝓpheta dicit: quod ꝓ
nob doluerit: Et euãgeliſta: Aſſũpto inq̃t
Petro ⁊ duobꝰ filijs zebedei cepit cõtriſta
ri ⁊ meſtus eſſe. Et ipſe dominus de ſeipſo:
Triſtis eſt anima mea vſq̀ ad mortẽ. Hec
futura ꝓuidẽs ꝓpheta pſalmi huiꝰ conſcri
ptor: inducẽs eũ loquẽtem: qm̃ repleta eſt
inq̃t malis aĩa mea: et vita mea inferno ap
ꝓpinq̃uit. Nã ipſam ſentẽtiaꝫ oĩno verbis
alijs explicauit: q̀ dictũ ẽ: triſtis ẽ aĩa mea
vſq̀ ad mortẽ. Quod enĩ ait: triſtis eſt aĩa
mea: hoc dictũ ẽ: repleta ẽ malis aĩa mea:
et qđ ſequit: vſq̀ ad mortẽ: hoc dictũ eſt: ⁊
vita mea ĩ inferno appropinq̃uit. Hos aũt
hũane infirmitatis affectus: ſicut ipſaꝫ car-
nẽ infirmitatiſ hũane: et mortẽ carnis hũa-
ne dñs Jeſus: nõ ꝯditiõis neceſſitate: ſed
miſeratiõis volũtate ſuſcepit: vt trãſfigura
ret in ſe corpus ſuũ qđ eſt eccl̃ia: cui caput
eſſe dignatꝰ ẽ: hoc ẽ mẽbra ſua ĩ ſãctis ⁊ fi-
delibꝰ ſuis: vt ſi cui eoꝝ int̃ hũanas tẽpta-
tiões cõtriſtari ⁊ dolere ꝯtigeret: nõ ideo ſe
ab eius gratia putaret alienũ: et nõ eſſe iſta
peccata: ſed hũane infirmitatiſ indicia: tã-
q̀ voci ꝑmiſſe cõcinẽs chorꝰ: ita corpꝰ eiuſ
ex ipſo ſuo capite addiſceret. In hoc q̃ppe
corpore ꝑcipuũ mẽbroꝝ apoſtolũ Paulũ
legimus: ⁊ audimꝰ cõfitentẽ talibus malis
repletã eſſe animã ſuã: cũ dicit triſticiã ſibi
eſſe magnã et cõtinuã dolorẽ cordi ſuo ꝓ
fratribus ſuis ſecũdũ carneꝫ q̃ ſũt iſraelite.
Pro q̃bus ſi cõtriſtatũ dicamꝰ et dñm cuꝫ
eius paſſio ꝓpinquaret: in qua illi ſe ima-
niſſimo ſcelere fuerãt obligaturi: nõ incon-
grue nos dicere exiſtimo. Deniq̀ illud qđ
in cruce dixit: Pater ignoſce illis quia ne-

Alia lra. †Eſtimatus.

ſciunt quid faciũt: etiam in iſto pſalmo de-
inceps dicit. †Deputatus ſum cum
deſcẽdentibus in lacum: Utiq̃ a ne-
ſcientibus quid facerent qui eum ſic mori
putauerũt: vt moriũtur homĩes ceteri tan-
q̃ neceſſitati ſubditum atq̃ illa neceſſitate
deuictum. In lacum enim dixit: vel miſe-
rie: vel inferni ꝓfunditatem. Fact⁹ ſum:
inquit: ſicut homo ſine adiutorio in-
ter mortuos liber. In his verbis maxi
me ꝑſona domini apparet. Quis enim ali⁹
inter mortuos liber: niſi in ſimilitudine car
nis peccati: inter peccatores ſolus ſine pec
cato? Unde illis qui ſe inſipienter liberos
putabant: Omnis ait qui facit peccatum
ſeruus eſt peccati. Et quia per eum qui nõ
habebat peccatũ: oportebat liberari a pec-
catis: Si vos inquit filius liberauerit: tunc
vere liberi eritis. Hic ergo inter mortuos
liber q̃ in poteſtate habebat ponere animã
ſuã: ⁊ iterum ſumere eam a quo eam nemo
tollebat: ſed eam ipſe voluntate ponebat: q̃
etiam carnẽ ſuam tanq̃ ſolutũ ab eis tem-
plum reſuſcitare potuerat cũ volebat: quẽ
paſſurum cũ omnes deſeruiſſent: ſolus nõ
remanſit: quia pater eum nõ deſeruit: ſicut
ipſe teſtatur: ab inimicis tamen pro quibus
orauit neſcienbus quod facibant ⁊ dicen-
tibus: Alios ſaluos fecit: ſeipſum non po-
teſt: ſi filius dei eſt deſcendat nũc de cruce:
⁊ credimus ei: ſaluũ faciat eum ſi vult eũ:
factus eſt: id eſt exiſtimat⁹ eſt tanq̃ homo

Alia lra. †Sicut. †ſepulchris. †eos memor amplius.

ſine adiutorio. †Tanq̃ vulnerati
dormientes in †ſepulchro: Sed ad-
didit. Quorum non †meminiſti ad-
huc. Ubi eſt domini chriſti a ceteris mor-
tuis animaduertenda diſcretio: nam ⁊ ipſe
vulneratus eſt: ⁊ mortuus poſitus in ſepul
chro: ſed illi qui neſciebant quid faciebãt
quis eſſet: vtiq̃ neſcientes ſimilẽ illum pu-
tauerũt: alijſq̃ vulnere occiſis: ⁊ dormien-
tibus ĩ ſepulchro: quorum deus adhuc nõ
meminit: id ẽ quorũ nõdum tempus reſur
gendi aduenit. Ideo namq̃ mortuos cõ-
ſueuit ſcriptura dicere: dormientes: q2 eui-
gilaturos: id eſt reſurrecturos vult intelli-
gi. Sed hic vulneratus ⁊ dormiens ĩ ſepul
chro die tertio euigilauit: et factus eſt ſicut
paſſer ſingularis in tectio: id eſt ad dexte-
ram dei patris in celo: nec iam moritur: et
mors ei vltra non dominabit. Unde longe
diſtat ab eis quorum ad talem reſurrectio-
nem deus non meminit adhuc. Quod enim
precedere oportebat in capite: corpori ſer-
uatur in finem. Tunc autẽ dicit: deus me-
miniſſe quãdo facit: tunc obliuiſci quando
non facit. Nam neq̃ obliuio cadit in deũ:
quia nullo modo mutat: neq̃ recordatio:
quia non obliuiſcitur. Factus ſum ergo ab
eis neſcientibus quod faciebant tanq̃ homo
ſine adiutorio cum eſſem inter mortuos li-
ber: factus ſum ab eis neſcientibus quod fa-
ciebant velut vulnerati dormiẽtes in ſepul

Alia lra. †repulſi.

chro. Et ipſi †expulſi ſunt de manu
tua. Id eſt cum hec ab eis factus ſum: ipſi
expulſi ſunt de manu tua: ipſi adiutorio ma
nus tue priuati ſunt qui me ſine adiutorio
eſſe putauerunt. Foderunt enim ſicut dicit
in alio pſalmo: ante faciem meã foueam: ⁊
ceciderunt in eam. Melius enim ſic intel-
ligendũ exiſtimo: q̃ vt id quod dictũ eſt:
⁊ ipſi expulſi ſunt de manu tua: ad illos refe
ratur: dormientes in ſepulchro quorum nõ
meminit adhuc: cum ſint in eis iuſti quorũ
licet non meminerit adhuc vt reſurgant: de
his tamẽ dictũ: Iuſtorũ anime in manu dei
ſunt: hoc eſt: habitant ĩ adiutorio altiſſimi:
⁊ in ꝓtectione dei celi cõmorant. Sed illi
expulſi ſunt de manu dei qui dominũ Ieſũ
chriſtũ de manu eius expulſum eſſe credi-
derũt: quia eum inter iniquos deputatum
occidere potuerunt. †Poſuerunt me: in-
quit: in lacu inferiori: Uel potius: In
lacu infimo: Sic enĩ eſt in greco. Quid
eſt enĩ lacus infimus: niſi ꝓfundiſſima mi-
ſeria qua non ſit ꝓfundior? Unde alibi di-
citur: Eduxiſti me de lacu miſerie. In te-
nebroſis ⁊ in vmbra mortis. Poſu-
erũt vtiq̃ id exiſtimantes quãdo quod facie-
bant neſciebant: et ignorabant eum quem
nemo principũ hui⁹ ſeculi cognouit. Um-
bra enĩ mortis: neſcio vtrũ mors corporis
hic intelligẽda ſit: an illa potius de qua ſcri
ptum eſt: Qui ſedebant in tenebris ⁊ vm-
bra mortis lux orta eſt eis: quia credendo ĩ
lucem ⁊ in vitã ex tenebris: ⁊ morte impie-
tatis educti ſunt. Talẽ ergo illi qui neſcie-
bant quod faciebant deum putauerũt: ⁊ inter

Alia lra. †Super. †cõfirmat

tales neſciendo poſuerunt: qualib⁹ ne hoc
eſſent: ipſe ſubuenit. †In me †cõfirma
ta eſt indignatio tua: Uel ſicut aliĩ co
dices habẽt: Ira tua: Uel ſicut alij: Fu-
ror tuus. Quod enĩ grece poſitũ ẽ θυμοσ:
diuerſe interꝑtati ſunt nr̃i. Nam vbi greci
codices habẽt οργην: ibi irã latine dicere
nullus fere dubitauit interpres. Ubi autẽ
θυμόσ poſitũ eſt: pleriq̃ non putauerunt
irã eſſe dicendã: cũ magni auctores latine

eloquentie de philoſophoꝝ grecorū libris
etiā hoc ire nomie verterint in latinū. Nec
de hac re diutius diſputandū eſt: cui tamē
ſi et nos aliud nomen adhibere debemus
tolerabilius indignationē dixerim ꝙ̄ furo-
rem. Furoꝛ quippe ſicut ſe latinū habet elo
quiū: non ſolet eſſe ſanorū. Quid ergo eſt ī
me cōfirmata eſt ira tua: niſi queādmoduꝫ
illi putauerūt: qui dominū glorie nō cogno
uerūt? Apud eos enim ſic erat ꝙ ira dei nō
ſolum cōmota verūetiam cōfirmata fuerit
ſuper eum quē vſqꝫ ad mortē nec qualēli-
bet mortē: ſed ꝙ̄ execrabilius ꝑ ceteris ha-
bebant: id eſt vſqꝫ mortem crucis ꝑducere
potuerunt. Unde dicit apl'us: Chriſt⁹ nos
redemit de maledicto legis: factus pro no-
bis maledictū. Scriptū eſt eīm: Maledi-
ctus omnis homo qui pendet in ligno. Et
ideo cum eius obedientiā vſqꝫ ad extremā
humilitatē cōmendare vellet: hūiliauit in-
quit ſemetipſum fact⁹ obediens patri vſqꝫ
ad mortē. Qđ cuꝫ parum videret: adiecit:
mortē autē crucis. Propter hoc quātū mi
hi videtur etiam in iſto pſalmo talis v̄ſus
ſequit. Et omnes ſuſpenſiōes tuas:
Uel ſic quidā ſr̄ interp̄tati. Omnes flu-
ctus tuos: Aut ſicut alii. Omnes ela
tiones tuas ſuꝑ me induxiſti: Scri-
ptū eſt ⁊ in alio pſalmo: Omnes ſuſpēſio-
nes tue: ⁊ fluctus tui. Suꝑ me ingreſſi
ſunt: Uel ſicut quidā melius trāſtulerūt.
Suꝑ me trāſierūt. διελθον eīm eſt in
greco non ισελθον. Ubi ergo vtrūqꝫ poſi
tuꝫ eſt: ⁊ ſuſpenſiōes ⁊ fluctus: non ibi po-
tuerūt ꝑ ſuſpenſiōibus fluctus poni: Que
duo ſic expoſuimus: vt ſuſpēſiones dicere
mus comminationes: fluctus autem iam
ipſas paſſiōes: que vtraqꝫ veniūt de iudi-
cio dei. Sed illic dictū eſt: Omnes ſuꝑ me
tranſierūt: hic v̄o ſuper me omnes induxi-
ſti. Illic ergo et ſi quedā acciderūt: omnia
tamē mala que illis verbis intelligi voluit:
ſuꝑ me trāſierūt dixit: hic v̄o ſuꝑ me indu
xiſti. Trāſiunt enim ſiue que nō attingunt
ſicut ſuſpenſiones: ſiue que attingunt ſicut
fluctus. Cum autē: nō ait: omnes ſuſpēſio
nes ſuper me trāſierūt: ſed ſuꝑ me induxi-
ſti: omnia que impendebāt eueniſſe ſignifi-
cat. Impendebāt autem ꝙ̄diu in ꝓphetia
futura imminebant omnia que de illi⁹ paſſi-
one predicta ſunt. Longe: inquit: feci
ſti notos meos a me: Si eos quos no
uerat acceperimus dictū eſſe notos meos
omnes erūt. Nā quē ille nō nouerat? Sed
eos dicit notos quib⁹ ⁊ ipē notus erat quā
tum eū tunc noſſe potuerūt: certe vel hacte
nus ꝙ ſciebāt eum innocentē: etiā ſi homi-
nē tm̄modo ⁊ nō deū putabāt: ꝙ̄uis ⁊ bo-
nos quos ꝓbaret hic notos dicere potue-
rit: ſicut malos quos improbaret ignotos:
quib⁹ ī fine dicturus eſt: nō noui vos. Qđ
v̄o adiūgit. Poſuerūt me abomīati-
onem ſibi. Poſſunt ⁊ illi quidē intelligi
quos notos ſibi dixit: qꝛ et ipi genus illius
mortis horrebant: ſed melius intelligit de
his de quib⁹ ſuis ꝑſecutoꝛib⁹ ſupius loque
bat. Traditus ſum: inquit: et non
egrediebar: Utrū quia foris erāt diſci-
puli eius: quādo ipē int⁹ iudicabat: an po-
tius non egrediebar altius dictuꝫ debem⁹
accipere: id eſt ī interioꝛib⁹ meis latebam:
nō oſtendebā quis eſſem: nō ꝓpalabar: nō
manifeſtabar? Et ið̄o ſequit. Oculi mei Alia lr̄a.
†infirmati ſunt ab inopia. Naꝫ quos † lāguerūt pre
eius oculos intellecturi ſumus? Nam ſi ex-
terioꝛes in carne in qua patiebat poſitos:
non eos in eius paſſione legimus infirma-
tos ab inopia: id eſt tanqꝫ fame vt aſſolet
languiſſe. Poſt cenam quippe ſuam tradi-
tus: ⁊ eodem die crucifixus eſt. Si interio-
res: quomō infirmati ſunt ab inopia cuꝫ in
eis eſſet lux indeficiēs? Sed nimirū oculos
ſuos dixit membꝛa que in ſuo coꝛpoꝛe cui
caput eſt ipē clarioꝛa ⁊ eminentioꝛa ⁊ pre-
cipua diligebat. De quo coꝛpoꝛe apoſtol⁹
loquēs: ⁊ de noſtro coꝛpoꝛe ſimilitudinem
adhibens: ait: Si totū coꝛpus oculus: vbi
auditus? Si totū coꝛp⁹ auditus: vbi odo-
ratus? Si fuiſſent omnia vnū membꝛū: vbi
coꝛpus? Nunc autē multa membꝛa vnum
autē coꝛpus. Nō pōt dicere oculus mani-
bus: op⁹ vobis nō habeo. Et ſi dixerit ma-
nus: quia nō ſum oculus: nō ſum de coꝛpo
re: nō ideo nō eſt de coꝛpoꝛe. Quid autem
his verbis vellet intelligi euidētius exp̄ſſit
dicens: Uos autē eſtis coꝛpus chꝛiſti ⁊ mē
bꝛa. Quapropt̄ ⁊ illi oculi: id ē ſancti apo-
ſtoli quib⁹ nō reuelauerat caro et ſanguis:
ſed pater eius qui in celis eſt: vt Petr⁹ di-
ceret: Tu es chꝛiſt⁹ filius dei viui: vidētes
eum tradi ac tanta ꝑpeti mala: qm̄ non euꝫ
videbāt qualē volebāt: qꝛ nō egrediebat:
id eſt nō manifeſtabat in virtute ⁊ potentia
ſua: ſ; in ſuis interioꝛib⁹ occultis: omnia q̄ſi
ſuꝑatus atqꝫ impotēs ſufferebat: infirmati
ſunt ab inopia velut ſubtracto ſibi cibo ſuo Alia lr̄a.
lumine ſuo. †Et exclamaui: inq̄t: ad † Clamaui.
te dn̄e: Hoc quideꝫ ⁊ aptiſſime fecit cum

pendéret ī ligno. Sꝫ qđ ſequit. **Tota die expandi manus meas ad te.** Quō
oporteat accipi merito querit. Si eñ in eo
qđ ait: expādi manus meas: crucis patibu
lum intellexerimus: quomō intellecturi ſu-
mus: tota die? Nūquid tota die pependit ī
ligno: cum ⁊ nox ad totū diem ꝑtineat? Si
aūt hoc loco diem voluit intelligi: qui p̄ter
noctem dies appellari ſolet: etiaꝫ talis diei
quādo crucifixus eſt: iam pars p̄ma et non
parua tranſierat. Si autē diem ꝓ tempore
poſitum volumus accipere: maxime quia
hoc nomē genere feminino poſuit: quod in
latino eloquio nō niſi tempꝰ ſignificare ſo-
let: ꝗuis in greco nō ita ſit: ſemꝑ quippe in
ea lingua dies feminini generis dicit: ⁊ idō
noſtros ſic interpretari puto: artiꝰ queſtio
colligabit. Quomō eñ toto tēpore: ſi nec
ſaltē vno toto die manus extēdit in cruce?
Porro ſi totum ꝓ parte accipiendū eſſe di
camus: quia iſto genere locutionis vti etiā
ſancta ſcriptura cōſueuit: nō mihi occurrit
exemplū totum ꝓ parte etiā tunc poſſe ac-
cipi quādo ipm verbū addit: ⁊ dicit totuꝫ.
Nā ⁊ in eo quod dixit dominꝰ in euāgelio:
Sic erit ⁊ filius hominis ī corde terre tribꝰ
diebus: ⁊ tribus noctibus: ideo totū ꝓ ꝑte
nō inſolēter accipit: quia non ait: totis tri-
bus diebus: ⁊ totis tribus noctibꝰ. Unus
quippe medius fuit totus dies: duorū autē
partes p̄mi vltima: vltimi p̄ma. Si autē
nō crucē ſuam in hac ꝓphetia pſalmi ſigni
ficauit his verbis: ſed orationē quā euꝫ ex
forma ſerui fudiſſe deo patri euāgelio teſte
didicimus: vbi eum et longe ante paſſionē
⁊ ſub die paſſiōis: ⁊ in ipa cruce oraſſe me-
minimus: nuſqꝫ hoc eum tota die feciſſe le-
gimus. Proinde cōuenienter per extēſas
manus tota die cōtinuationē bonorū ope-
rum intelligere poſſumus: a quorū nunqꝫ
intentione ceſſauit. Sed quia ſolis p̄deſti-
natis in eternam ſaluteꝫ: non autē omnibꝰ
hominibus: nec ipſis inter quos facta ſunt
eiꝰ bona opera ꝓfuerunt: Ideo conſequē-
ter adiecit. ¶ **Nūquid mortuis facies mirabilia?** Hoc eñ ſi de his dictum
putauerimus quoruꝫ caro exanimis facta
ē: magna mirabilia facta ſunt mortuis: cuꝫ
quidā eoꝝ etiā reuixerūt: ⁊ ꝙ dominꝰ pene-
trauit inferna: atqꝫ inde mortꝭ victor aſcen
dit: magnū mortuis miraculuꝫ factum eſt.
Significat ergo iſto verbo quo ait: Nūqđ
mortuis facies mirabilia: homies corde ita
mortuos: vt eos ad vitā fidei tanta chriſti

mirabilia non mouerent. Neqꝫ enim pro-
pterea dixit: nō eis fieri mirabilia: quia nō
ea vident: ſed quia non eis ꝓſunt. Nam ſi
cut hic ait: Tota die expādi manus meas
ad te: quia omnia opera ſua: nō niſi ad vo-
luntatē patris referat: ſepiſſime ſe cōteſtās
ideo veniſſe: vt voluntatē patris impleret:
ita quia eadem opera etiā infidelis popu-
lus vidit: alius ꝓpheta dicit: Tota die ex-
pandi manus meas ad populū nō creden
tem ⁊ cōtradicentē. Ipi ſunt mortui quibꝰ
non ſunt facta mirabilia: nō ꝙ ea non vide
runt: ſed ꝙ ꝑ ea non reuixerūt. Qđ autem Alia lra.
ſequit. **Aut medici ✝exuſcitabunt et cōfitebunt tibi?** ✝ſuſcitabūt
Id eſt quia nō a medi-
cis exuſcitabunt homies vt confiteant ti-
bi: in hebreo quidē aliter ſe habere firmat.
Nō eñ medici ſed gigantes eſſe ꝑhibent.
Uerū ſeptuaginta interp̄tes quorū aucto-
ritas tanta eſt: vt non imerito ꝓpter mira-
bilem conſonantiā diuino ſpiritu interp̄ta-
ti eſſe credant: ex vocis ſimilitudine quaſi in
hebrea lingua gigantes ⁊ medici pene eo-
dem modo ſonāt: vt exigua differētia diſti-
guātur: nō errore ſed potiꝰ occaſione: quō
iſto loco accipiendi eſſent gigantes ſignifi-
care voluerūt. Si eñ ſuꝑbos gigantū no-
mine inſinuatos intelligamꝰ: de quibꝰ dicit
apl'us: Ubi ſapiens: vbi ſcriba: vbi cōqui-
ſitor huiꝰ ſeculi: nō fuit incongruū eoſdem
medicos nūcupari velut per artē ſapientie
ſue ꝓmittētes animarū ſalutē: Cōtra quos
dicitur: domini eſt ſalus. Si autem in bono
acceperimus gigantes: quia et de ipo dño
dictum eſt: Exultauit vt gigas ad curren-
dam viam: ꝙ ita ſit gigas gigantum ma-
gnorū ſcꝫ et fortiſſimoꝝ: qui in eius eccle-
ſia ſpirituali robore excellunt: ſicut ē mons
montiū: quia de illo ſcriptū eſt: Erit in no-
uiſſimis temporibꝰ manifeſtus mons domi
ni paratus in cacumie montiū: ſicut etiam
ſanctuſſanctorū: non eſt abſurdū vt idem
ipi magni ⁊ fortes etiā medici vocent. Ubi
dicit Apoſtolꝰ Paulus: Si quo mō emu-
lari potero carnem meā: vt ſaluos faciam
aliquos ex illis. Sꝫ etiam tales medici ꝗ-
uis non de ſuo curent: quia nec medici cor
poris curant: de ſuo tamē quātumlibet per
fidele miniſteriū opitulent ſaluti: viuentes
curare poſſunt: nō mortuos excitare: de qui
bus dictū eſt: Nūquid mortuis facies mi-
rabilia? Nimis enim occulta dei gratia eſt:
quia hominū mentes quodāmodo reuiui-
ſcunt vt poſſint a quibuſlibet eiꝰ miniſtris

p̄cepta ſanitatis audire. Quā gratiā com-
mendat in euangelio dicēs: Nemo poteſt
venire ad me: niſi pater qui miſit me traxe-
rit eū. Et paulopoſt apertius hoc ipſum re-
petens ait: Uerba que ego locut⁹ ſum vo-
bis ſpiritus et vita ſunt: ſed ſunt quidam
ex vobis qui non credunt: Deinde inter-
ponit euangeliſta: Sciebat enim ab initio
Jeſus qui eſſent credituri: ⁊ quis traditur⁹
eſſet eum: Et ſecutus atq̧ ipſius verba do-
mini coniungens dicebat: Propterea di-
xi vobis: quia nemo poteſt venire ad me:
niſi fuerit ei datum a patre meo. Supra di-
xerat: ſed ſunt quidā ex vobis qui non cre-
dunt: Et tanq̄ huius rei cauſam exponēs:
ꝓpterea inquit dixi vobis: q̄ nemo poteſt
venire ad me: niſi fuerit ei datū a p̄re meo:
vt oſtenderet eāipſā fidem qua credit: ⁊ ex
morte ſui cordis anima reuiuiſcit: dari no-
bis a deo. Quātūlibet ḡ exiſtāt excellentes
verbi p̄dicatores ⁊ veritatis etiā p̄ miracu
la ſua fortes: tanq̄ magni medici agant cū
hominibus: ſi mortui ſunt: et tua gratia nō
reuixerint: nūquid mortuis facies mirabi-
lia: aut medici exuſcitabunt: ⁊ hi quos ex-
uſcitabūt confitebunt tibi? Hec eñ cōfeſ-
ſio indicat viuos: nō ſicut alibi ſcriptū ē: A
mortuo velut q̄ nō ſit perijt ꝯfeſſio. ¶ Nu- (Alia lra. narrabit ali-uis.)
quid †enarrabit quis in ſepulchro
miſericordiā tuā: ⁊ veritatē tuā in
perditiōe? Subaudit quod ſupradictū
ē: vt etiā iſte verſus ita ſe habeat ac ſi dictū
ſit: Nūquid enarrabit quis veritatē tuam
in perditiōe? Miſericordiā quippe ⁊ veri-
tatem amat ſcriptura ꝯiungere: maxime in
pſalmis. Quod v̄o ait in p̄ditiōe: alio ver-
bo repetiuit qđ ſupra dixerat: i ſepulchro.
Sic eñ dictū eſt: in ſepulchro vt intelligā-
tur hi qui ſunt in ſepulchro: qui ⁊ ſuperius
ſignificati ſunt nomine mortuorū: vbi ait:
Nūquid mortuis facies mirabilia? Anime
nāq̧ mortue corpus ſepulchrū eſt. Unī do-
minus in euangelio talibus dicit: Similes
eſtis ſepulchris dealbatis: que foris appa-
rent hominib⁹ ſpecioſa: intus v̄o plena ſūt
oſſibus mortuorū ⁊ omni ſpurcitia. Sic et
vos a foris quidē apparetis homib⁹ iuſti:
intus autē pleni eſtis hypocriſi ⁊ iniquita-
te. ¶ Nūquid cognoſcent in tene-
bris mirabilia tua: ⁊ iuſticia tua in (Alia lra. obliuionis.)
terra †oblita? Quod eſt in tenebris: hoc
eſt: in terra oblita. Infideles eñ ſignificā-
tur nomine tenebraꝝ. Hinc dicit apoſtol⁹:
Fuiſtis enim aliquādo tenebre. Sic ⁊ ter-
ra oblita homo eſt qui oblitus eſt deum.
Poteſt nāq̧ anima infidelis vſq̧ ad tan-
tas tenebras peruenire: vt dicat ſtultus in
corde ſuo: nō eſt deus. Totus ergo iſte ſen-
ſus ita cōtinuat atq̧ contexitur. Clamaui
ad te domine inter paſſiōes meas: tota die
expandi manus meas ad te: id eſt non de-
ſtiti ad te glorificandum extendere opera
mea. Cur ergo impij i me ſeuiunt: niſi quia
mortuis nō facies mirabilia? Id eſt nō eis
cōmouent ad fidem: nec medici eos exuſ-
citabunt vt confiteant tibi: in quibus oc-
culta gratia tua non operatur qua trahunt
vt credāt: quia nemo venit ad me: niſi quē
tu attraxeris. Nam quis narrabit in ſepul-
chro miſericordiā tuam: id eſt anime mor-
tue: cuius mors iacet ſub corpis pondere:
⁊ veritatem tuam in p̄ditione: hoc eſt in ta-
li morte nihil horū valenti credere atq̧ ſen-
tire? Nūq̄d eñ i tenebris hui⁹ mortis: hoc
eſt in homine qui te obliuiſcendo vite lumē
amiſit: tua mirabilia ⁊ iuſticia cognoſcent?
Occurrebat autē queſtio: quiſnā ſit vſus
iſtorum mortuorū: quid ex his agat deus
ad vtilitatem corporis chriſti quod eſt ec-
cleſia: vt in eis demonſtret q̄ ſit dei gratia i
p̄deſtinatis: q̄ ſcḋm ꝓpoſitū vocati ſunt. Unī
ipm corp⁹ i alio pſalmo dic: De⁹ me⁹ miſe-
ricordia ei⁹ p̄ueniet me. De⁹ me⁹ demōſtra-
uit mihi inimicꝭ meis. Ergo ⁊ h̄ ſeq̄t ac dic.
¶ Et ego ad te dn̄e clamaui: In qb⁹
verbis iam intelligendus eſt domin⁹ chri-
ſtus ex voce corporis ſui loqui: id eſt eccle
ſie. Quid eſt enim et ego: niſi quia fuimus
⁊ nos aliquādo natura filij ire: ſicut ⁊ cete-
ri? Sed ad te clamaui vt ſalu⁹ eſſem. Quis
enim me diſcernit ab alijs filijs ire: cū apo-
ſtolum audiā ingratos terribiliter increpā-
tem ac dicentem: Quis enim te diſcernit?
Quid autem habes quod non accepiſti?
Si autē accepiſti: quid gloriaris quaſi nō
acceperis? Domini eſt ſalus. Gigas autē
in multitudine virtutis ſue nō erit ſaluus:
ſed ſicut ſcriptum eſt: Qui inuocauerit no-
men domini ſaluus erit. Quomodo autē
inuocabunt in quem nō crediderunt? Aut
quomodo credent ei quē non audierunt?
Quomodo autem audient ſine p̄dicante?
Aut quomodo p̄dicabunt ſi non mittant?
Sicut ſcriptum eſt: Q̄ ſpecioſi pedes eo-
rum: qui annunciant pacem: qui annūci-
ant bona. Ipſi ſunt medici curātes a latro-
nibus ſauciatum: ſed dominus perduxit
eum ad ſtabulum: quia ipſi ſunt etiam ope-

rantes in agro dominico: nec tamẽ qui plã
tat eſt aliquid: aut qui rigat: ſed qui incre-
mentũ dat deus. Ideo et ego ad dominuꝫ
clamaui: hoc eſt dominũ vt ſaluꝰ eſſem in-
uocaui. Quomõ autẽ inuocarẽ niſi crede-
rem. Quomõ crederẽ niſi audirem? Sꝫ vt
audita crederem ipſe me attraxit: qꝛ ĩ occul
to a morte cordis non quilibet medicus: ſꝫ
ipſe excitauit. Nam multi audierũt: quia in
omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ: ⁊ in fines or-
bis terre verba eorũ. Sed non omniũ ẽ fi-
des: ⁊ nouit dominus qui ſunt eius: ac ꝑ h̃
nec credẽ potuiſſem: niſi me dei miſericor-
dia ꝑueniſſet. ⁊ qꝛ mortuos ſuſcitat: ⁊ vo-
cat ea que nõ ſunt: tanꝙ̃ que ſunt: me ĩ oc-
cultis vocando ⁊ ſuſcitando: ⁊ trahendo a
tenebris eduxiſſet ⁊ ad lumen fidei ꝑduxiſ-
ſet. Ideo ſequit̃. Et mane oratio mea
ꝑueniet te. Iam mane poſtea ꝙ̃ nox in-
fidelitatis ⁊ tenebre tranſierunt. Qđ mane
vt mihi eẽt: miſericordia quidẽ tua ꝑuenit
me: ſed quia reſtat illa clarificatio: vbi illu-
minabunt̃ occulta tenebrarũ ⁊ manifeſta-
bunt̃ cogitationes cordis: et tunc laus erit
vnicuiꝙ̃ a te: nunc autẽ in iſta vita: in iſta
ꝑegrinatõne: in hac luce fidei que in cõpa-
ratione tenebrarũ infidelium iam dies eſt:
ſed in cõparatione diei: vbi videbimus fa-
cie ad faciem adhuc nox eſt: adhuc oratio
mea preueniet te. Ut autẽ iſta ferueſcat et
exerceatur oratio qđ nobis quãtum expe-
diat nullis vt opinor verbis explicari põt:
differtur bonum quod ineternũ dabitur: et
mala tranſitoria crebreſcunt. Ideo ſequit̃.

Alia lr̃a. ✝ repellis.

Ut quid domine ✝reppuliſti ora-
tionem meã? Hoc ⁊ illis verbis dictum
eſt: Deus deus meus reſpice ĩ me: vt quid
me dereliquiſti? Cauſa cognoſcẽda ꝓpoſi-
ta eſt: non tanꝙ̃ ſine cauſa hoc faceret dei
occulta ſapientia: ita ⁊ hic: Ut quid domi-
ne reppuliſti orationẽ meam? Huius tamẽ
rei cauſa ſi diligenter aduertat̃ iam ſupius
indicata eſt. Ad hoc eñi oratio ſanctorum
dilatione tanti beneficij ⁊ tribulationũ ad-
uerſitate quaſi repellit̃: vt tanꝙ̃ ignis flatu
repercuſſus inflãmetur ardẽtius. Exequit̃
itaꝙ̃ breuiter etiam tribulatõnes corporis
chriſti. Neꝙ̃. n. in ſolo capite facte ſunt: cũ
⁊ Saulo dictũ ſit: Quid me ꝑſequeris? Et
ipſe iam Paulus tanꝙ̃ electuꝫ membrũ in
eodẽ corpe poſitus dicat: vt ſuppleã q̃ de-
ſunt ꝑſſurarũ chriſti in carne mea. Ut qđ
dñe reppuliſti orationẽ meã? ✝Auertiſti
faciem tuam a me. ✝Inops ſum

Alia lr̃a. ✝ auertis. ✝ Pauper.

ego ⁊ ĩ laboribus a iuuẽtute mea:
exaltatus autẽ humiliatꝰ ſum ⁊ cõ-
turbatus. In me trãſierũt ire tue:
⁊ terrores tui conturbauerunt me.
Circũdederũt me ſicut aqua tota
die: circũdederũt me ſimul. Elõ-
gaſti a me amicũ ⁊ ꝓximũ ⁊ notos
meos a miſeria. Contigerũt: ⁊ ꝯtingũt
oĩa hec ĩ mẽbris corpis chriſti: ⁊ auertit deꝰ
ab orantibꝰ faciem: non exaudiendo ad id
quod volunt: quãdo ſibi neſciunt nõ expe-
dire quod ꝑtunt. Et inops eſt eccleſia cuꝫ
eſurit ⁊ ſitit ꝑegrina vnde ſatietur ĩ patria:
⁊ in laboribus eſt a iuuẽtute ſua. Ipm̃ eñi
corpus chriſti ⁊ in alio pſalmo dicit: Sepe
expugnauerũt me a iuuentute mea. Et ad
hoc exaltant̃ etiã in ſeculo iſto quedã mem
bra eius: vt in eis ſit maior humilitas: ⁊ ſu-
per ipſum corpus: id eſt vnitatem ſancto-
rum atꝙ̃ fideliũ cui caput eſt chriſtus: trã-
ſeunt ire dei: non autem manent. Quia nõ
de fideli: ſed de infideli dictum eſt: Ira dei
manet ſuper eum. Et terrores dei contur-
bant infirmitatem fidelium: quia omne qđ
accidere poteſt etiaꝫ ſi non accidat prudẽ-
ter timetur. Et aliquãdo terrores ipſi ita cõ
turbant animũ cogitantis circũpendenti-
bus malis: vt ſicut aqua vndiꝙ̃ confluere
videat̃: ⁊ ſimul circũdare metuentẽ. Et q̇a
eccleſie in hoc mũdo ꝑegrinanti iſta nõ de-
ſunt: dũmodo in his modo in illis mẽbris
eius vſꝙ̃quaꝙ̃ cõtingunt: ideo dixit: tota
die: ꝯtinuationẽ ſignificans tẽporis donec
finiatur hoc ſeculũ. Et ſepe amici ⁊ noti pe
riclitantes ſcḿ ſeculum ſanctos formidine
deſerunt: de quibus dicit aplꝯ: Omnes
me dereliquerũt non illis imputet̃: Sed vt
quid hec omnia: niſi vt oratio huius ſancti
corpis mane: id eſt poſt noctẽ infidelitatis
in luce fidei ꝑueniat deum: donec veniat ſa
lus illa: in cuiꝰ nõdum re: ſed iam ſpe ſalui
facti ſumus: eãꝙ̃ cum patiẽtia fideliter ex-
pectamus: vbi nec repellet dominus ora-
tionẽ noſtrã: qm̃ tũc nihil erit petendũ: ſed
quicq̇d recte petitũ eſt optinendũ: nec fa-
ciem ſuam auertit a nobis: quoniã videmꝰ
eum ſicuti eſt. Nec inopes erimꝰ: quia co-
pia noſtra ipſe deus erit omnia in omnibꝰ:
nec laborabimꝰ: quia nulla remanebit infir
mitas: nec exaltati hũiliabimur ⁊ turbabi-
mur: qꝛ nulla ibi erit aduerſitas: nec irã dei
vel tranſeuntẽ ſuſtinebimꝰ: qꝛ in eius beni-
gnitate manente manebimꝰ: nec t̃rores eiꝰ
nos ꝯturbabunt: qꝛ ꝓmiſſa reddita nobis

obuiabunt: nec territus longe fiet a nobis
notus ⁊ amicus: vbi nullus erit qui timea-
tur inimicus.
¶ Explicit Tractatus de pš. LXXXVII.
¶ Incipit Tractatus de pš. LXXXVIII.

Pſalmū iſtum de quo loqui ꝓpoſui-
mus caritati veſtre: donante domi-
no: accipite de ſpe quā habemus
in chriſto Jeſu dño noſtro: ⁊ erigite animos:
quia ille qui ꝓmiſit ita cetera cōpletur eſt:
vt multa cōpleuit. Dat enī nobis ad eū fi-
duciam: non meritū noſtrū: ſed illius miſe-
ricordia. Et ipſe eſt quātum arbitror. In-
tellectus ethan iſraelite. Vñ iſte pſal
mus titulū accepit. Audieras eñ quis hō
fuerit q̄ vocabat ethan: interp̄tatio nomi-
nis huius robuſtum indicat. Et nemo in h̄
ſeculo robuſtus eſt: niſi in ſpe ꝓmiſſionis
dei. Quātum enim attinet ad merita no-
ſtra infirmi ſum⁹: q̄tum ad eius miſericor-
diā robuſti ſumus. Itaq̄ iſte infirmus i ſe:
robuſtus in miſericordia dei inde cepit.

¶ Sermo primus de prima pte
pſalmi.

Miſericordias tuas domine:
ineternū cantabo. ¶ In ge-
neratione et generationem
annūciabo veritatē tuā in ore meo.
Obſequātur membra inquit mea: domino
meo loquor: ſed tua loquor: annūciabo ve
ritatem tuam in ore meo. Si non obſequor
ſeruus non ſum: ſi a me loquor mēdax ſū.
Ergo vt et abs te dicā: ⁊ ego dicā: duo q̄-
dam ſunt: Vnū tuum: vnū meum: veritas
tua: os meum. Quā ergo veritatem annū-
ciet: quas miſericordias cātet audiamus.
¶ Quoniā dixiſti ineternū miſeri-
cordia edificabit: Hoc canto: hec ē ve
ritas tua: huic annūciande ſeruit os meū.
Quoniā dixiſti ineternū miſericordia edi-
ficabit. Sic inquis edifico vt nō deſtruā:
quoniā quoſdā ſic deſtrues vt nō edifices:
quoſdā vo ſic deſtrues vt edifices. Niſi eñ
quidā deſtruerent vt edificarent: non dice-
retur Hieremie: Ecce poſui te ad deſtructi-
onem et ad edificationē. Et vtiq̄ omnes q̄
idola colebant: et lapidibus ſeruiebant: in
chriſto nō edificarent: niſi in priſtino erro-
re deſtruerent. Rurſus niſi quidā ita de-
ſtruerent vt non edificarent: nō diceretur:
Deſtrues eos ⁊ nō edificabis illos. Pro-
pter eos q̄ qui deſtruūtur ⁊ edificant: ne pu
tarēt edificationē qua edificant eſſe tpalē:
ſicut tpalis fuit ruina in qua deſtruūtur: te-
nuit ſe iſte cui⁹ os ſeruit veritati dei ad ipā
veritatē dei. Ideo annūciabo: ideo dico:
Quoniā dixiſti ſecur⁹ o homo dico: qm̄ tu
deus dixiſti: quia ⁊ ſi ego in verbo meo flu
ctuarē: verbo tuo cōfirmarer. Qm̄ dixiſti.
Quid dixiſti: Ineternū miſericordia edifi
cabit. In celis p̄parabitur veritas Alia lra.
tua†. Quomō ſupius ita in ꝯſequētibus. † in eis.
Miſericordias tuas dñe inquit ineternū
cantabo: in generatiōe et generationē an-
nūciabo veritatē tuā in ore meo. Dixit mi-
ſericordias: dixit veritatē: ita rurſus vtrū-
q̄ ꝯiunxit: Qm̄ dixiſti ineternū edificabit
miſericordia: in celis p̄parabit veritas tua.
Et hic repetiuit miſericordiā et veritatem.
Vniuerſe enim vie domini miſericordia et
vitas. Neq̄. n. exhiberet vitas i impletiōe
ꝓmiſſorū: niſi p̄cederet miſericordia in re-
miſſionē peccatoꝝ. Deinde: qm̄ pplo iſrael
etiā ſm carnem venienti de ſemine Abrae
ꝓmiſſa erāt multa ꝓphetice: ⁊ ita ille pplus
ꝓpagatus eſt in quo implerent ꝓmiſſa dei.
Nō aūt clauſit de⁹ fontē bonitatis ſue etiā
in alienigenas gentes quas ſub angelis cō
ſtituerat portionē ſibi faciens pplm̄ iſrael.
In hec duo ⁊ aplus diſtincte diſtribuit mi
ſericordiā dñi ⁊ veritatē. Ait eñ chriſtū mi
niſtrū fuiſſe circūciſionis ꝓpter veritatē dei
ad cōfirmādas ꝓmiſſiones patrū. Ecce qr
nō fefellit deus: ecce qr nō repulit de⁹ ple-
bem ſuā quā p̄ſciuit. Eteni cū de caſu iude
orū ageret: ne q̄s putaret ſic illos improba
tos: vt nihil frumēti ex illa ventilatiōe i hor
reū mitteretur: ait aplus: Nō repulit deus
plebē ſuam quā p̄ſciuit. Nā et ego iſraelita
ſum. Si totū illud ſpine fuerunt: vnde hoc
granū: Nobis loquor. Ergo impleta ē ve-
ritas dei in his qui ex iſraelitis crediderūt:
et venit vn⁹ paries ex circūciſiōe applicās
ſe ad lapidē angularē. Sed ille lapis angu
lū nō faceret: niſi aliū parietē ex gentibus
ſuſciperet. Ille itaq̄ paries tanq̄ proprie
ptinet ad veritatē: iſte autē alius ad miſeri
cordiam. Dico eñ inquit chriſtū miniſtrū
fuiſſe circūciſionis ꝓpter veritatem dei ad
confirmādas ꝓmiſſiones patrum: gentes
aūt ſup miſericordia glorificare deū. Me-
rito in celis p̄parabit veritas tua. Etenim
omnes illi iſraelite vocati apoſtoli: celi fa-
cti ſunt qui enarrant gloriā dei. De his ce-
lis dicit: Celi enarrāt gloriā dei: ⁊ opa ma-
nuū eius annūciat firmamētū. Vt noueri-
tis de his celis dici: certe de his in ꝯſequēti
exp̄ſſi⁹ dictū ē: Nō ſūt loq̄le neq̄ ſermōes